Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25977
Copyright: Admont, Benediktinerstift

est aduersus eos qui nolunt sua peccata cognoscere. si in tem
pore afflictionis & angustię dicunt se iniuste sustinere quę
sustinent. magisq; puocant iram dei. dum alterū maius pec
catū sit non lugere quod fecerant. si uanas excusationes ob
tendere peccatorū. Iudicio inquit contendam tecum, peo
quod dixeris non peccaui. quasi maius quippiam sit hoc pec
cato aliud habere in conscientia. aliud sermone pferre. Au
diat noua exueteri heresis. irā dei esse uel maximā. nolle
peccatū humiliter confiteri. si impudentē iactare iusticiā.
Et ab egipto confunderis. sic confusa es ab assur. Nam & ab ista
egredieris & manus tuę erunt sup caput tuū. quō contriuit
dns confidentiam. siue spem tuā. & nichil habuit in ea psperv.
Vt egiptiorū impetū declinarent confugiebant ad assirios.
quorū cassū fuit presidium. uictos enī eos ab egiptiis legim.
Rursū ut irā assirii fugerent. egiptiorū adiutorio nitebantur.
quos ab assiriis superatos narrat historia. Increpantur ergo
quod omissa spe indm. hominū nitantur auxilio. quod om
nino contritū est. & ita subuersū ut nichil in eo utilitatis
ualeat reperiri. Vnde ait Et ab ista egredieris hoc est ab
egipto. sic egressus es ab assiriis. & manus tuę erunt sup
caput tuū. lugebisq; te frustra ab egiptiis expectasse pre
sidiū. Recordemur historię quando ab ammon fre scele
ratissimo corrupta & uiolata thamar supra asperū caput
cinere manus posuerit. & ita reuersa sit in domū suā. Vul
gō dicitur. pro quo lex. tantū dicitur transtulerunt. Si
dimiserit uir uxorē suā & recedens abeo duxerit alterū
uirū. numquid reuertetur adeū ultra. Numquid non pol
luta & contaminata erit mulier illa. siue terra illa.
Et tu fornicata es cum amatoribus multis siue pastoribus.
Verbū enim rechim. quod quatuor litteris scribitur. res.
ain. iot. mem. & amatores & pastores utrumq; significat.
& si legamus rechim. amatores sonat. si rohim. pastores.
Tamen reuertere ad me dicit dns. siue & reuertebaris
ad me dicit dns. In hebraico etiā post fornicationem

Cap. 3